



Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

II. An possit hoc tempus prorogari, vel minui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

rudine, seu statuto optandi, quia nemo optavit, alia secus.

53 *Iudex competens in causa restitutionis in integrum aduersus omissam optionem quis sit.*

54 *Arbitri, & arbitratores an possint restituere, vel saltem pronunciare esse restituendum, remissive.*

CAP. VI.

De tempore optionis, seu quando optandum sit.

QUÆRO PRIMO, *Intra quantum tempus fieri debet optio?*

Respondeo, quod regulariter loquendo † fieri debet intra 20. dies. *Quamvis enim tex. d. c. fin. §. ne autem, de consuet. in 6. loqui videatur solum, ubi est expectans, seu executor, tamen id absolute † in omni casu locum habere, etiam ubi nullus adsit executor, vel expectans, exponit, ac tenet ibi gloss. in verbo, 20. dies, ubi Archid. Io. An. Gemin. Franc. & ceteri, quod etiam voluerunt. Add. ad Rot. decis. I. num. 8. de rer. permut. in no. Franc. Marc. decis. Delphin. 1258. nu. 5. Abb. consil. 159. n. 3. vol. I.*

QUÆRO SECUNDO, *An possit hoc tempus prorogari, vel minui?*

PRIMA CONCLUSIO. *Minui † potest hoc tempus per Capitulum ipsum, satis id colligitur ex gloss. pen. d. c. fin. & clarius ex Franc. ibid. in §. ult. ad fi. ex eo, quod dilatio hæc in favorem optare volentium inducitur, cui quilibet † renuntiare potest, c. ad Apostolicam, de regul. l. si quis in conscribendo, C. de pact. cum simil. dum tamen † in id quoque consenserint omnes optare volentes. Neque enim singulis nocet † factum à majori parte collegii in præjudicium singulorum, nisi omnes consentiant, ut voluit gloss. in l. 2. verbo, aut legem, C. qua sit long. consuet. quam sequitur Bartol. in proem. ff. num. 5. Fel. in c. cum omnes, numero 18. & ibi Andr.*

Andr. ab Exea. numero 279. de constitut. & alii p[er]sim.

- 7 SECUNDA CONCLUSIO. Poterit † quoq; per Capitulum hoc tempus 20. dierum prorogari: ita tenet Zerol. in *Prax. Epis. verbo, canonica, vers. ad 7.* allegat Tiraq. de *utroq. retr. §. 1. gloss. 10. nu. 58.* sed nihil de hoc ibi dicit, neque alibi, quod viderim: allegat etiam gloss. d. c. *fin. verbo, duntaxat*, sed nec ipsa id dicit: hoc sane tenet Jo. An. in *repet. d. c. fin. in verbo, duntaxat*, quem ibi sequitur Gemin. & Franc. qui tamen ibi tradunt, quod hæc consuetudo, seu statutum indubitanter cens majus tempus nõ præjudicaret † Apostolicis impetrantibus per illum text. nisi consuetudo inducta † esset post hunc textum, ut ibid. dicunt Gemin. & Franc. cum possit induci consuetudo contra illum textum, & sic præjudicaret etiam impetrantibus, secus † vero inquit, est in statuto, nam inferiores non possunt facere statuta contra jus, *Clem. ne Romani, de elect. cum similibus.*

QUÆRO TERTIO, *An hoc tempore 20. dierum currat simul omnibus optare volentibus, an vero singuli, seu unus post alium habeat 20. dies ad optandum.*

- 11 Respondeo, currere † omnib. simul, & unicum tempus omnibus dari: ita colligitur ex *Archid. d. c. fin. ad fin. sed clare id tenet gloss. in verbo, duntaxat*, quam ibi sequitur Gem. Franc. & ceteri, nec non & Franc. Mar. d. *decis. Delphin. 1258. nu. 5. 1. part. Add. ad Rot. d. decis. 1. numer. 8. de rerum permut. in no. & Tiraq. de retract. convent. §. 2. gloss. unic. num. 66. post Oldr. cons. 137. plures sunt, col. 1. vers. 3. videtur Io. An. in Addit. ad Specul. rubr. de concess. præbend. colum. 1. versicul. Secundo videtur. Card. clem. 1. §. secus, quest. 6. de concess. præbend.*
- Quæ conclusio probatur primo ex textu, qui dicit in plurali *volentes*, & addit, *duntaxat*: unde satis expressè patet de mente Pontificis, quod solos 20. dies omnibus concedere voluerit. Secundo ab absurdo; sequeretur enim quod si 20. essent canonici, & singulis tribueretur vellemus 20. dies, jam impetrans Apostolicus debe-